

C O N C I L I I C O N S T A N T I E N S I S

patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & alijs patribus in copiosa multitu^D
dine. In cuius quidem sessiōis principio p̄fatus dominus Romanus rex indutus ue
stibus regalibus, recessit de sua sede solita, & transiuit ad aliam sedem posicam in fron
te altaris, tanquam pr̄sidentis pro tunc in concilio, Ioanne Dominici tituli sancti Si
xi cardinali Ragusino, & Carolo de Malateftis domicello Ariminensi, procuratori
bus domini Angeli de Corario, Gregorij XII. in sua obedientia nuncupati, ad autor
andum concilium, & cedendum papatū nomine dicti Gregorij, sedētibus iuxta re
gem in quodam bancho respiciente uersus congregationem synodi Constantiensi.
Deinde cantatis antiphona, Veni sancte sp̄s, ac hymno, Veni creator sp̄s, dicti q̄
collecta de pace per dictum dominum cardinalem Viuarienſi, subsequenter per uene
rabilem uirum dominum lob. Benner protonotariū domini Ludouici comitis Pa^a
latini, lectæ fuerunt duas bullæ sequentis tenoris:

al. Vennes

Gregorius episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis Ioanni tituli sancti Sixti
presbytero cardinali apostolicæ sedis legato, & Ioanni in patriarcham Constantino^a
politanum electo, nostris & eiusdem sedis nuncijs, & uenerabili fratri Vuernero ar
chiepiscopo Treuirensi, necnō nobilibus uiris Ludouico comiti Palatino Rheni, et Ca
rolo de Malateftis domicello Ariminensi, in pruincia Romandiola p nobis & sancta E
Romana ecclesiæ rectori, Salutem & apostolicam benedictionem. Terrenas affecti
ones humanas tenebrarum constat librandas pro modulo lumenationis, cum lux illa
qua dixit, Ego sum lux mundi, se luminantem ostendit; & pro quanto terreno deti
nentur affecti, minus illæ splendorē contingunt. In quo edocemur, errorem cauen
dum, amoremq; rectum sequendum, ut nostra omnia ad illam pacem qua est cum
deo homini mortali feliciter conferenda, contra quam negare non possumus, impios
errores commissos circa papatum, nosq; aduersantium astutis repulso ad pacem &
ecclesiæ Christi clarum statum per viam renunciationis pro progressu firmiter deli
derantes, ut cum spes aliqua scintillaret occurrimus erogando. Ex eodem igitur affe
ctu continuato, intellecta prouidentia regia, cum affectione concordi ad ecclesiæ pa
cem cum nationibus quas uocauit ad ciuitatem Constantiensem, exhilarati, libetū ani
mo prompti sumus, ut semper fuitmus, pro extirpatione horrendorum schismatum,
& integra unione merito optanda & perficienda, dimittere libere papatum, quama
uis nobis clatum sit tam ex titulo sanctæ memoriae Urbani VI. predecessoris nostri,
& canonica nostra electio, quam etiam clarissime ex nostra puritate cum efficaci uo
luntate & recta. Quapropter potius & altius rem ipsam & effectum qui intenditur,
ac serenitatis regiae cor, mentem, animum, & opera post sui aduentum ad Constanti
am fructuosa aduentores, quamq; extrinfecus quo quis artificio demonstravit, & co
fidentes exinde de eius serenitatis dispositione deo grata, & in eo sperantes cuius res
geritur, quod serenitatem eandem dirigit in agendis, & uos etiam qui pro premisso
rum effectu estis ibidem. Et ut possitis in predictis proficere melius & valere, quo ef
ficaciori potestitudini nobis constitueri uos habere, nobis seu illis ex nobis, qui ubi
illi interfuerint congregationem ipsam in quantum per dictam serenitatem regiam,
& non Balthasarem, se nuncupari facientem Ioannem XXIIII. uocatam, uice nostra
ad predictorum effectum conuocandi & autorizandi in generale concilium, remota
tamen omnino dicti Balthasaris praesidentia & praesentia ab eisdem, necnon omnia
qua postquam sic feceritis, disponentur pro uera reintegrazione ac unione ecclesiæ,
ac praefatorum schismatum extirpatione, per congregationem eandem remotis (ut
præmititur) praesidentia & praesentia dicti Balthasaris, uice nostra similiter autoris
zandi & confirmandi, plenam & liberam de plenitudine potestatis concedimus res
nore praesentis facultatem. Datū Arimini ij. idus Martij, pontificatus nostri anno ix.

al. noſtra

Iohan. s.b

al. que^o

Gregorius episcopus seruus seruorum dei, dilecto filio nobili uiro Carolo de Ma
lateftis, domicello Ariminensi, in pruincia nostra Romandiola pro nobis & sancta
Romana ecclesiæ rectori, salutem & apostolicam benedictionem. Cum ad laudem
omni